Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26501
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Multi enim erunt inquit primi nouissimi. et nouissimi primi. quod de iudeis
et gentibus dictum dubitabit nemo. Neforte igitur hic adolescens
in mysterium introducitur. Iudaicipuli semper adolescentuli. sep
gladiores et leues. Sic enim facere solent ceteri. plerumque quando de
mysterio rei alicuius est locuturus. Ante inducit corporalium pa
rentum id ipsum. ut ex eo occasionem inueniens. corporalem narra
tionem mysterii quia proponitur exsequitur. Vt puta cum de pescenda iac
tantia pharisaeorum. apud lucam locuturus fuisset. introduxit primum
hypocritam et tanauit. Vt incorporali tumore hypocrite iac
tantie. pharisaeorum perpingeretur inflatio. Sic et hic cum de
finitione iudaeorum et electione gentium mysterium exponere uo
luisset. ex eo uerbo quod dicit ad patrem. et omnis qui reliquerit patrem
et matrem. et cetera. usque ad parabolam subsequentem. demercennarius
conductus in uinea. hora prima. et iii. et vi. et viii. et xi.

Quomodo genus proponende erant iudeis. introducit istum adolescentem
gladium et leuem. et amplius amantem bona sua carnalia. quam cele
stia et promissa. Vt passione corporali adolescentis istius. iudaici
populi spiritalis passio demonstraretur. propter quam. xpo non credidit.
id propter sibi placentia. propter iactantiam uanam. propter questus quos
capiebat ex lege. remansit in lege; Propterea quecumque dicuntur
de adolescentulo isto. sic sunt accipienda quasi de populo iudaico
dicta; Iudaicus igitur populus. erat adolescens. Non erat. sed leuiter.
Moribus immaturus. nondum. Nam omnia quae uita carnalia.
iuuenalia sunt. sicut dicit apostolus. Iuuenalia autem desidia fuge.
Sectare autem iustitiam. pietatem et cetera; Praecipuum autem iuuenile
uitium. est gladius. Qui amplius uult uideri. quam sit. cum
uult uidi nonnullis. sicut populum iudaicum fuisse cognoscimus in
scripturis. Sic et dominus dicit de illis. Omnia facium ut abho
minibus uideantur. ut. Ve uobis scribe et pharisei hypocrite.
quia diligitis primas cathedras in synagogis et cetera; Ire. uos
qui iustificatis uos ipsos. os autem cognoscit corda uiuentium. Propter
quod ex suis dictus est. habens folia sine fructu. id est specie
sanctus. non ipsam sanctitatem. Quia estimationem quae iustitie secta
sunt. opus autem aborrebant; Et unde quam in exordio ipso
narrationis. per iudaici mores significantur; Dicit enim. Magister
bone.